



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 59. Augustinus Steuchus Eugubinus hoc anno mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI.
A.C. 1550.

§. LIX.

*Augustinus Steuchus Eugubinus hoc
anno mortuus.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc
Anno millesimo quingentesimo quin-
quagesimo rebus humanis valedixere,
primo loco venit Augustinus Steuchus
Eugubii, quod est Urbinatis Ducatus in
Italia oppidum, ex parentibus honestis
quidem, adeo tamen pauperibus ortus, ut

Sixtus Sen puer humaniores literas addiscendi ope
Bibl. sacra. destitutus manuum labore victum quære-
Miræus de re cogeretur, ac non raro tam pane, quam
Script. Eccl. diversorio careret. Hac inopia usque
Sæc. XVI. ad vigesimum ætatis suæ annum pressus
Dupin. Bibl. tandem Canonicorum Regularium Insti-
des Auth. tutum in Congregatione S. Salvatoris
Eccl. t. 14. in profitebatur, ibidemque aliquantum re-
4to p. 183. spirare visus totum sese literarum studio
dicabat, adeo, ut deficiente oleo, quod
ei parcus subministrabatur, noctu sur-
gens ad Ecclesiæ lampadem studiis va-
caret; cum autem per septem annos
tam uberes in literis progressus fecisset,
ut Vaticani Bibliothecarius nominari
mereretur, linquarum orientalium scien-
tia adjutus non sine magna facilitate
omnes Codices nondum typis vulgatos,
qui ibidem asservabantur, ad meliorem
formam redigit. Paulo post a Paulo III.

Pon-

Pontifice Kisami in Creta Episcopus fuit Sæc. XVI.
 nominatus, inde vero Romam revoca- A.C. 1550.
 tus a sua Sanctitate ad Tridentinum
 Concilium decernebatur. Obiit ut
 mox memoravimus Anno Domini
 millesimo quingentesimo quinquagesimo.

§. LX.

Hujus Scriptoris opera.

Hic idem inter ingenii sui monumen-
 ta reliquit plura, eaque sat erudita
 in sacros libros opuscula, ex quibus pri-
 mum *Cosmopœiam*, seu de mundi opificio
 inscripsit, in eoque tria priora Geneseos
 capita explanat, necnon de creatione
 mundi, Angelorum, & cœlorum, &
 insuper de antiquitate, ac veritate Histo-
 riæ Mosaicæ, & denique agit de iis, qui post
 diluvium genus humanum in orbe pro-
 pagarunt. Utitur ibidem Hebraico tex-
 tu, necnon septuaginta Interpretum ver-
 sione, expositoque sensu literali & Hi-
 storico Scriptorum veterum & profano-
 rum testimonia profert, quibus præter
 Judæos ab aliis quoque Nationibus cog-
 nitum fuisse mundi principium ostendit,
 & nequaquam historicas æque, ac Phi-
 losophicas annotationes inferere præter-
 mittit.

Q 5

Alte-